

*Interdum clamat Scybalen (erat unica custos,
torta comam labroque tumens et fusca colore,
pectore lata, iacens mammis, compressor alvo,
cruribus exilis, spatiosa prodiga planta)
hanc vocat atque arsura focis imponere ligna
Afra genus, tota patriam testante figura,
imperat et flamma gelidos adolere liquores
Hortus erat iunctus casulae,*

*Hic holus, hic late fundentes bracchia betae
fecundusque rumex malvaeque inulaeque virebant,
hic siser et nomen capiti debentia porra
grataque nobilium requies lactuca ciborum
.....crescitque in acumina radix
et gravis in latum dimissa cucurbita ventrem.*

*Tunc quoque tale aliquid meditans intraverat
hortum.*

*Ac primum, leviter digitis tellure refossa,
quattuor educit cum spissis alia fibris,
inde comas apii gracilis rutamque rigentem
vellit et exiguo coriandra trementia filo.
Haec ubi collegit, laetum consedit ad ignem
et clara famulam poscit mortaria voce.*

*Singula tum capitum nodoso corpore nudat
et summis spoliat coriis contemptaque passim
spargit humi atque abicit. Servatum germine bulbum
tinguit aqua lapidisque cavom demittit in orbem.
His salis inspargit micas, sale durus adeso
caseus adicitur, dictas super ingerit herbas
et laeva vestem saetosa sub inguina fulcit:
dextera pistillo primum flagrantia mollit
alia, tum pariter mixto terit omnia suco.
It manus in gyrum: paulatim singula vires
deperdunt proprias; **color est e pluribus unus,**
nec totus viridis, quia lactea frusta repugnant,
nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis.*

Cibale chiama alfin. Sol questa avea
In casa il contadin fante Affricana
E fede di suo genere facea
Tutta del corpo la sembianza strana:
eran sue chiome tortuose, ed era
sua faccia di color pressoché nera.
Tumido labbro, petto spazioso,
ventre e mamme giacenti sì e compresse,
larga pianta, esil gamba, aspro e scabroso
calcagno avea per lunghe rughe e spesse.
A questa impon che legna al focolare
Arrechi ed arda e ponga acqua a scaldare
Giacea presso la casa un piccol orto

La zucca ivi giacea sul ventre tondo
e malve e bieta e 'l porro che nomato
è da la testa e 'l romice fecondo
e 'l cavolo e 'l papavero gelato
e lattuga v'avea che grata viene
fra lauti messi in cittadine cene.

Vien dunque a l'orto, e levemente scava
con le dita il terren; quattr'agli in prima
con spesse fibre trae che 'l suol celava,
di poi ruta e coriandoli e la cima
coglie de l'appio, e torna, e al foco siede,
la fante appella, ed il mortaio chiede.

Indi a que' cibi il primo velo agreste
e la vil buccia destramente toglie,
e ad uno ad un li monda e li disveste,
spargendo il suol de le neglette spoglie;
bagna poscia ne l'acqua e si riserba
e nel mortaio getta il bulbo e l'erba.
Di sal gli asperge e duro cacio e bianco
e con la destra man tratta il pestello,
l'aglio ammollisce; e fa vicino al fianco
con la sinistra al rozzo lin puntello.
Ammacca pria le più superbe cime,
Poi tutto infrange, e un misto succo esprime
Gira il pestello, e ne l'informe pasta
di più colori fassi un sol colore:
bianco non è, ché l'erba gliel contrasta
verde no, ché gliel nega il bianco umore.
Fan que' cibi in perdendo lor virtute,
una di molte lor virtù perdate.

*Saepe viri nares acer iaculatur apertas
spiritus et simo damnat sua prandia voltu,
saepe manu summa lacrimantia lumina terget
immeritoque furens dicit convicia fumo.
Procedebat opus nec iam salebrosus ut ante
sed gravior lentos ibat pistillus in orbis.
Ergo Palladii guttas instillat olivi
exiguique super vires infundit aceti
atque iterum commiscet opus mixtumque retractat.*

*Tum demum digitis mortaria tota duobus
circuit inque globum distantia contrahit unum,
constet ut effecti species nomenque moreti.
Eruit interea Scybale quoque sedula panem,
quem laetus recipit manibus, pulsoque timore
iam famis inque diem securus Simylus illam
ambit crura ocreis paribus tectusque galero
sub iuga parentis cogit lorata iuencos
atque agit in segetes et terrae condit aratrum.*

Spesso l'acuto odor saetta il naso
che si raggrinza al povero villano,
ond'egli il volto in ritirar dal vaso,
le lagrime col dosso de la mano
si terge; e qualche volta ito in furore,
maledice il suo pranzo e quell'odore.
Andar vede il pestello omai più lento
vicino al fin de l'opra il villan lieto
e sul saporosissimo alimento
stilla con parca man pungente aceto,
ed olio pure in maggior copia infonde;
il tutto poi rimesce e riconfonde.

Va con due dita intorno, e al mezzo porta
la massa omai ben assodata e mista;
e per sua man la desiata Torta
la sembianza in tal modo e 'l nome acquista.
Il pane appunto allor Cibale attenda
tolto dal foco al contadin presenta:
che satisfatte omai viste sue brame
e per quel dì dopo le rustich'opre
sicuro già di non morir di fame,
calza i stivali e col cappel si copre,
indi fuor esce, ed aggiogati i buoi,
gli spinge il solco a far pe' campi suoi.